UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

C ante A

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

Aut illaudati neſcit buſiridis aras. Hic rex fuit egypti q̄ cū
ſuſceptos hoſpites īmolaret ab Hercule interēptus eſt cum
⁊ eum occidere voluiſſet. Eſt ⁊ buſiris nomen vrbis in egy
pto a buſide cōdita in qua fuit templū magnū. Iſidis que q̄-
dem vrbs ab egyptijs ſolis vrbs a grecis vō thebe dicitur.
Hinc buſirica prefectura.

Buſicon ficum mariſcam dicunt: que magna erat.

Buſtū ſi Seruio credit̄ vocat̄ qn̄ exuſtū iā cadauer eſt. Qđ et
Virg. ſenſiſſe videt̄ cū inq̄t Semiuſtaq; ſeruāt buſta. Liui.
quoq; li. v. ſcribit locū fuiſſe iuxta eq̄meliū noīe buſta. Galli
ca qm̄ illic aceruatos cumulos ſuoꝝ defunctoꝝ ex peſtilētia
vſſerant galli. Cice. vō lib. ij. de legibus putat buſtum appel
lari tumbam aut monumentum. Penaq; fuit Solonis lege
conſtituta ſi quis buſtum aut violaſſet: aut deieciſſet. Sue.
in Ceſa. poſuit pro ſepulchro. Iudei: qui etiam noctibus cō
tinuis buſtum frequentarunt.

Buſtuarij gladiatores dicti ſunt: q̄ an̄ ſepulchra in honorē de-
functi digladiabant̄. Ci. in Piſonē. Si mihi cū illo buſtua-
rio gladiatore ⁊ tecū ⁊ cū collega tuo decertandum fuiſſet.

Buteo ex accipitū gn̄e eſt auis quā greci a numero teſtium tri
orchem vocant ορχις apud eos teſticulus dicitur.

Buttubatta veteres vſurpauerunt pro eo quod nugatorium
eſt ⁊ nullius valoris.

Buthyſiā magnū ſacrificiū appellauere q̄lis eſt hecatōbe ⁊ im
molatio magnaꝝ hoſtiaꝝ. Sue. in Nero. Gymnica inter bu
thyſie apparatū barbā primā poſuit. Greci enī thyſiaȝ dicūt
ſacrificiū ⁊ preponentes bu ſignificant magnum ſacrificiū.
Et Plutar. buthyas appellat ſacerdotes.

Butyrū pe. cor. bouis caſeus βους enim bouis τυρος caſeus:
q; vt plurimuȝ ſicut inq̄t Ply. lib. xxviij. fit ex bubulo lacte.
Quanq; aūt ſit lactis natura tum iam pinguior ⁊ craſſior et
ſolidior materia eſt qđ aut frequenti agitatione: aut concuſ-
ſione aſſidua cohibet in ſe atq; ſolidatur.

Buxus vel buſſus: arbor exigua ſp̄ virens ⁊ tonſilis. Producit
ex ſe viſcum ⁊ ſemen ſeu granū qđ Cartegon dicunt. Buxū
vel buſſum materia ipa. i. lignum. Nam in pleriſq; noībus
arbores ſūt fe. gn̄is: fructus vō ⁊ ligna neu. Virgi. Dant ar-
buta ſylue cruentaq; myrrha ⁊ cerea pruna volubile buxū.
Ex buxo fiunt tibie multiforatiles ⁊ pectines ad capillos ex
plicandos: ⁊ pyxides ad vſus plurimos. Grece πυχος qđ
plerunq; in b conuertitur. Unde buxolum grece pyxis idis
Hinc buxeus buxea buxeum. quod ex buxo eſt buxeta loca
buxis conſita: buxolus.

Byzari ⁊ budici vulgo putantur imaginoſi ⁊ qui a conſuetudi
ne ceterorum viuendi receſſerunt. Hi apud grecos byzeres
⁊ buzeres dicuntur.

Byzeres ⁊ buzeres pe. pro. populi ſunt. Val. Flac. Buzereſq;
vagi. Pompo. ⁊ Ply. Buzeros appellat. Ab his portus qui
dam in ponto appellabatur byzaricus.

Byrſa: corium ac tergus. Virg. Mercatiq; ſolum facti de no-
mine byrſam Taurino quantum poſſet circundare tergo.
Quo nomine etiaȝ dicta eſt arx in media carthagine. A byr
ſa corio fit byrſeus pro coriario.

Byſſus: generis lini ſubtiliſſimi. Item lana conche adherens
colore luteo ac perlucido. Ex hoc fiunt preciofiſſime veſtes
byſſine appellate. Et byſſinū eiuſmodi color appellat̄ q̄ ali-
qn̄ dr̄ byſſus hoc fit ſi cocco tinctum tyrio tingatur.

Byzantium: vrbs thracie quondam ⁊ pauſania ſpartanorum
rege condita. a qua byzante populi dicuntur. Poſtea a con
ſtantino in maius aucta glorioſiſſimi imperij ſedes eſt ⁊ to
tius caput orientis. Eſt alia ciuitas in aphrica: quā quidam
byzantium appellant: et populi byzantas. Martianus. Qui
byzantium incolunt in aphrica meſſes: centeſimo incremen
to fenerantur. Strabo. byzancium per c vnde byzancenus
ager apud Solinum. Ptolo. quoq; regionem byzancitin.
Stephanus byſſacitas ⁊ byſſacenos. Suidas το βυξαμ
τι ομεπι σε βηρου. του βασι λεως ρωμαιωμ τε
τειχισο γενναιω τειχει πεποιημενω μυλιτη λη
θω και τα λοιπα.

Littera muta eſt
Que ante n ſequente vocali in eadem
ſyllaba ponit̄: ſȝ profertur ſub voce g
ob cognationē litterarum: vt Gnidus
Cneus. Tranſit etiam per compoſitio
nes ⁊ deriuationes in g vt quadrin-
genti pro q̄drincenti. In ſ vt parco pſi
In x vt duco duxi noceo noxa.

Caballum equus Sene. ep̄la. lxxxvij. O quantū erat ſeculi de-
cus imperatoriuȝ triumphalē cenſoriūq; ſuper oīa: hoc eſt
Catonem vno caballo eſſe contentum. Hinc Caballinus. a.
um. Perſi. Nec fonte labra prolui caballino.

Cabalij: populi ſunt aſiatici.

Cacabus pe. cor. nomē a ſono tractū quē ſupra ignē poſitus fa
cit nr̄is dicit̄ olla in qua pulmentariū coquimus. Paul. Iu
recon. Inter ahenū qđ ſupra focū pendet ⁊ cacabū nō mul-
tum intereſt. Nā hoc pulmentariuȝ coquit̄: in illo aqua ad
potandū caleſit Apitius. Capita porroꝝ ſimul elixabis in ca
cabo nouo vt aqua ad tertiam deferueat. Antiqui enim cal
dam ⁊ frigidam in cenis adhibuere.

Cacus vt fabule ferunt vulcani filius fuit ore ignem euomēs
⁊ in vaſta ſpelunca habitans: vaſtus corpore prede ac latro-
cinijs ſemper intentus cuius ſoror caca vocabatur. Quē her
cules claua interfecit.

Cacabo as. pe. cor. proprium eſt vocis perdicum. Quin. Caca-
bat hinc perdix hinc glacitat improbus anſer.

Cacos latine mō malus mō deformis mō timidus dicitur. Et
barbara eſt dictio ait Theodorus Gaza lib. v. iliados.

Cacia grece κακια quā latinus vertit in malitiā inquit Hier.
apud grecos duo ſiḡt ⁊ malitiam ⁊ afflictionem anguſtias
quā ſeu κακοσιμ. Greci dicunt ⁊ hoc magis ꝑ malicia trāſ
ferri debuit. Cicero vitioſitatē interpretari mauult q̄ȝ mali-
ciam cū vitioſitas nomē ſit gn̄alius ad oīa vitia ꝑtinens ma
licia ſpecialius apud veteres malicia των μεσομ quaſi ſit
⁊ bona ⁊ mala vt dolus bonus ⁊ malus. Unde apud Plau.
dicitur cum laude. Te ciuem ſūma oī malitia.

Cacephaton vel potius cacophaton dici pōt mala locutio: vel
mala ꝯſonantia cacon enī malū dicit̄ phaton dictū. Fit aūt
cum particulam m ſequitur n vt Numerum cum nauibus
equat. Item cum ſequens dictio duas habet ſyllabas dua-
bus precedentibus ſimiles: vt O fortunatam natam me con
ſule romā. huic contraria eſt euphonia.

Cacoſyntetō mala ſeu deformis ꝯpō συνγετομ enī cōpoſi-
tū dr̄: vt apud Virg. Verſaq; iuuētū terga fatigamꝰ haſta.

Cachoetes gn̄is neu. malus mos dictio tetra ſyllabas κακομ
malū ηγος mos. Nā εγος ꝯſuetudo. Vitiū curatu difficil
limū cum vlcus quidē preſſum eſt ſȝ que circa ſunt intendū
tur ⁊ intumeſcunt vt inquit Celſus. Ply. Caro vituli recen
tia vulnera non patit̄ intumeſcere fimū bubulū cum melle
feminū vituli cinis vlcera ſordida que cacohete vocant la-
cte mulieris ſanant. Iuue. pro ambitione ſumpſiſſe videt̄ ꝑ
tranſlationē q̄ cū ſemel aīo inſederit nō facile amoueri pōt.
Tenet inquit inſanabile multos ſcribendi cacohetes.

Cacologus pe. cor. maledictus: cacologia maledictio.

Cacobaſilea: malum regnum: cacodemon infelix.

Cacozelus ineptus imitator pe. pro.

Cacecia ſiue caceſia vel cacexia: ſpēs eſt pthiſis q̄ſi malus cor-
poris habitus: quo alimenta corrumpuntur: quod fit cū lon
go morbo vitiata corpora etiam ſi illo vacant refectionē tn̄
non accipiunt. Tn̄ apud Ariſtotelem aliud ſignificat.

Cachinnus ſolutus riſus: a ſono riſus fictū vocabuluȝ. Iuue.
Sed facilis cuius rigidi cenſura cachimi. Perſi. Ingeminat
tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Sene. precipit vt
riſus ſit ſine cachinno: vox ſine clamore. Apud antiquos nō
de riſu tm̄ dr̄: ſed ⁊ de ſono vehementiore. Catul. Procedūt
leuiterq; ſonant clangore cachinni.

Cachinnor aris. depo. ⁊ cachinno as. neu. ꝑ īmoderate rideo.
Lucr. li. iiij. Quā famule multe fugitant: furtimq; cachinnāt

Dicit̃ ⁊ de ſono vehementiore. Actius. Sęna ſonãdo crepitu clangentes cachinnant: venit tñ ex gręco κ υχαξο.

Caco as. ventris onus depono excreſco. Mar. Uentris onus miſero ne te pudet excipis auro Baſſa bibis vitro: charius ergo cacas. Hinc cacaturio is. idem.

Cacaturio is. Mar. Cęnaturit non cacaturit.

Cacula pe. cor. milites ſeruus ἀπότων καλων. i. a lignis. Erãt enĩ caculę militũ ſerui fuſtibus: clauiſq; ligneis armati ad tutelam dominoꝝ. Plau. Uideo caculam militarem.

Cacumen pe. pro. vertex ſũmitas montis.

Cacearia iſula in ponto quã Põpo. li. ij. Colliſariam vocat.

Cado is. cecidi caſum ſigt ruo. Aug. ſup Jo. Qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouium ſ; aſcendit aliunde: veh miſero mihi q; caſurus ſum. Interdũ cadere eſt euenire. Cic. li. iij. offi. Nec pter ſapientem cadere in quẽq; põt. Interdũ Occidere mori. Uirg. Cadit ⁊ ripheus iuſtiſſimus vnus. Et cadere dicũtur illi qui leuati a ſũmo ad inferiora labunt̃. Cadere a cauſa eſt aduerſario in cauſam cõcedere: qḋ plęriq; faciunt ne maiora incurrant dãna qḋ eſt litẽ perdere. Huius cõpoſita ſunt. Accido. Concido. Decido. Excido. Incido. Intercido. Occido. Procido. Recido. ⁊ Succido: quę habẽt pe. cor. Deriuatiua ſunt caſa: caſo as. ⁊ caſito de quibus infra.

Cadauer pe. pro. a cadendo. Nã vt inquit Hier. Ab eo ꝙ poſt mortẽ ceciderit cadauer ḋr. Et ꝑprie de corporibus mortuis ꝗ̃uis ⁊ de oppidis ad ſolũ deductis quãdoq; dicat̃ Ser. Sul. Ci. Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus. a. um. pe. pro. Aug. li. ix. ci. dei. Si tantis ſacrificioꝝ cadauerinis non contaminantur nidoribus.

Caducus. a. um. pe. pro. Non ſolũ momentaneum ſigt ꝙ facile cadat: ſed ꝙ cadere faciat. Uñ morbus caducus ꝙ facile cadat. Ply. li. xvij. In drupis quoq; q̃ matureſcentes tunc ſũt ꝑcipue caducę id riguis magis euenit ẽt ſi non ceciderint faſtidiẽdis. Qñq; caducus mortuus ḋr. Uirg. lib. vij. Hic multum fleti ad ſuperos: belloq; caduci dardanide. Unde ⁊ cadauera: ⁊ caducum qḋ ſub aliq̃ conditione legatum eſt. Caduca hęreditas ḋr cum hęredes ceciderunt. Et caducarij q̃ hmõi hereditatẽ accipiunt. Juue. Legatũ omne capis: necnon ⁊ dulce caducum: caduca auſpicia veteres dicebant cũ aliquis in templo excidit veluti de manu virgę.

Caducor eris. pręcipitor. Uarro. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

Cadulę: guttę quę de carne pingui cadunt dum aſſatur.

Cadiuus. a. um. pe. pro. qḋ per ſe cecidit. Uñ cadiua poma dñr q̃ nõ ſũt manu collecta ſ; ſua ſpõte ĩ terrã cecidẽ. Et cadiua folia q̃ ꝑ ſe ex arborib⁹ cadunt. Ply. colligi mala poſt ęqnoctiũ autũnale cadiua ſepari ſtramẽtis ſtorijs paleiſue ſterni

Cadus vas vinariũ quo vinũ cõdit̃ inquit acron. Cuius ꝑma corripit̃. Mar. In vaticanis cõdita muſta cadis. Continet vrnas duas: vel vt aliq̃ volunt tres cũ dimidia. Urna q̃dra̅tali ⁊ amphora. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt: ⁊ gręcum eſt καδος.

Caduceus ⁊ caduceũ: virga Mercurij erat q̃ pax ſignificabat̃ Nã q; Mercuri⁹ oratiõis deus eſt: ⁊ deoꝝ nũcius vt gentilium more loq̃mur: merito a dijs mittebat̃ vt diſſidentum aĩos oratiõe ſedaret. Hinc caduceatores dñr legati pacẽ petentes a caduce quẽ manu geſtabãt. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceum ipſum apollo inuenit: eoq; Mercurium donauit a quo ipſe lyra donatus ſit.

Cadurcũ tentorium ſiue culcitra: q̃ merces tegunt̃: a cadurcis gallię ppl'is vt inq̃t Ply. apud quos lini ꝑſtantiã palmã obtinet in culcitris. Juue. Inſtitor hybernę tegetis: niueiq; cadurci. Sũt qui putent eſſe inſtitã quę ſupra lectũ obtendit̃ ⁊ tegit vndiq;: ⁊ cũ corpus xp̃i: aut ſancti alicuius viri oſſa per vrbem comportant̃ cadurco. i. ſupernę quod plures ſuſtinent operiunt. Juue. Uiolato pęna cadurco.

Cadiſcus: vaſculum quo ſuffragia colliguntur gręce καδισκος diminutiuum a cadus.

Cadmus nomen propriũ phęnicũ regis Agenoris filij: qui fuit tyrius a quo Cadmeus. a. um. Marti. Te cadmea tyrus. Et thebę cadmeę dñr a cadmo cõditore. Proper. Cũ tibi cadmeę dñr pontice thebę. Ferunt cadmũ. xvj. lr̃as e phęnice ĩ gręciã detuliſſe α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. Hiſ palamedem troiano bello. iiij. adieciſſe ξ γ φ χ aiunt quoq; Cadmũ hiſtoriã inueniſſe: ⁊ primũ proſaicã orationẽ inſtituiſſe. Apul. vo aſcripſit pherecidi. Fertur item ĩueniſſe auri metalla atq; ꝯflaturã. Eſt ⁊ cadmus mons qui Laodicęę ĩminet: ex quo Lycus fluuius fluit. Noſter autem Suidas ita ſcribit ḋ cadmo. καδμος ὁ μηλισιος ευρετης των γραμματων επιγραμματι ξηνωμος καδμορ πανδιονος πι λησιος ιςορικος ος πρωτος κατατινας συγγραφην εγραψε κατα λογαδην μικρω νεωτερος ορφεως et ſubdit απερ γραμματα πρωτοι φοινικες εφευρον.

C ante AE

Cęa nomẽ inſulę maris ęgęi: a Cęo Titani filio ſic dicta. De q̃ Ply. lib. iiij. Inſulę cęnę quattuor fere partibus quę ad boętiam vergebant eodẽ mari deuoratis. Hanc Ptol. ⁊ vulgus nauticũ ciam noiat. Hinc cęus. a. um. Uñ eraſiſtratus e cęa incęus dictus eſt. Et veſtis cęa quę ab aliq̃bus coadicitur Ply. lib. iiij. ſcribit ex cęa inſula profectam delectatiõi fęminarum veſtem auctor eſt Uarro. Eſt autẽ cęa veſtis bombycina tenuiſſima deraſis velleribus a paruis aĩantib⁹ ꝯfecta ibi ꝑmũ inuẽta. Hãc ꝑma texiſſe ḋr pãphila: ſiue vt Ar. inquit paſiphile platis filia. De hoc ẽt in dictione coos.

Cęcias: vẽtus q̃ ita flare ḋr ab Ar. nõ vt nubes ꝑpellat: ſ; vt ad ſe vocet. Flat inter aquilonẽ ⁊ exortũ ęquinoctialem.

Cęcubitum vinũ ſic dictũ a cęcubijs campanię populis apud quos naſcitur. Ply. lib. iiij. Setini ⁊ cęcubi obtendunt̃ agri his iunguntur falerni calęni. Mar. Cęcuba fundanis generoſa coquuntur amicis.

Cęcus quaſi oculis captus vel quaſi oculis conciſus: vel oculis carens. Et cęcus ḋr inſidioſus occulte malus: latens tacitus: qui videri non poteſt. Col. lib. j. Ex quibus ſępe ꝯtrahuntur cęci morbi quorũ cauſas ne medici quidẽ ꝓſpicere queunt. Sic dicimus cęcam noctem in qua non videmus. Uirg. Cęca tegẽs filo veſtigia. Trãſfertur ⁊ ad aĩuz. Uñ cęci dñr ĩprouidi. Hinc cęcitas tam aĩ ꝗ̃ corporis orbitas.

Cęculus diminu. a cęco. Eſt ⁊ nomen proprium eius qui pręneſte condidit: a quo cęcilios ortos putant quorum familia Romę nobiliſſima fuit.

Cęcilia genus ſerpentis cęci. Colu. lib. vij. Eſt ⁊ magnorũ aĩaliũ noxiũ virus. Nã ⁊ vipera ⁊ cęcilia ſępe cũ in paſcuo bos improuide ſupercubuerit laceſſita onere morſum ĩprimit.

Cęcutio is. parũ video: ⁊ cecutiẽs q̃ſi ſemicęc⁹. Uar. Utrũ oculi mihi cęcutiũt: an ego vidi ſeruos in armis ꝯ̃ dños Hiero. ad Pauli. Ut rarus ſit qui non in earũ cęcutiat lectione.

Cęculto as. obtuſam aciẽ hẽo ⁊ q̃ſi cęco ſiĺis ſum Feſt. Cęcultare ẽ cęcos imitari. cęcultãt cęci ſiĺes ſũt oculoꝝ acie obtuſa. Plau. Nũnã mihi oculi cęcultãt: ẽ ne hic noſter Hermio

Cęcilius poeta dictus vt inquit Feſt. a cęculo ꝑneſtinę vrbis ꝯditore: vel vt quidã aiunt a cęcuentibus oculis.

Cęco as. cęcum facio. Cuius compoſita ſunt excęco quod eſt valde ſeu perfecte cęco. Ply. Ut cum lauatur ſi oculos attingat: excęcet: obcęco de quo infra.

Cęcũ vallũ in quo ꝑacuti pali affixit hęrbis vel frondibus occulunt̃. Itẽ cęcũ ĩteſtinũ qḋ a dextra ꝑte incipiẽs in ſiniſtriorẽ peruiũ ⁊ longũ eſt. Ideoq; ḋr cęcum q; id quo peruium eſt lata fuſum ac ſeminatũ ab vtraq; ꝑte huc atq; illuc volutũ.

Cęcinos amnis vocat̃ q̃ Rheginũ agrũ a Locrẽſi diuidit. Eſt ⁊ oppidũ Italię haud procul a Sicilia cęcinum dictum.

Cędes mors ferro aut alia vi illata pręſertim ab eo qui occidere aut ferire volebat. Inde dicimus aliquem cõmiſiſſe cędem. Huius dimi. eſt cędicula.

Cędo is. cęcidi pe. pro. cęſum verbum actiuũ cuius paſſiuũ eſt cędor. Et eſt cędere flagellare. Ter. Uerberibus te cęſum in priſtinum daue dedam. Itẽ excidere. Ci. aut eius partes q̃ſi mẽbra q̃dã cędẽda. Itẽ percutere. Juue. Ebrius ⁊ petulans